

HERDI
ANDI
Henne
ra
Disputa
tio
Adver
sus
Piscia
rum
Gram
matica


INCUNABLES
959

130

130-7




1
2.205



TRÉS PERSONAE





TRES PERSONAE.



FERDINANDI ALFONSI HERRARI
ensis breuís quedá disputatio de psonis nomí-
num pronomínū & participiorū aduersus pri-
scianū grámaticum ad reuerendum in xpo pa-
trem & dominū dominū Iacobū mendozam : ar-
chiepiscopū hispálensem : patriarchen alexádris-
num sanctæ. Ro. ecclesiæ cardínalé digníssimū.

PROHEMIVM



PRant ueheméter nōnulli sapien-
tissime & generosissime pater qui
putant priscianū multū illū quidē
noīs grámaticū: sed nō ut ipsi ap-
pellāt grámaticorū deū: tam de-
xtro sydere natū ut in scriptis sem-
per suis uia (que dicit̃) regia ícedēs nullibi errarít
Neq̃ minoris faciūt auctoritatē eius in disputádo
quā si ad aures eorū sacra euāgelii dñici tuba in to-
net. Clames licet & mare cœlo cōfundas: sis quātū
libet disert⁹: uincas aristotelē argumētando: cíce-
ronē in eloquēdo: post longos tandē edisserendi
sudores unū tibi ad oīa machinamēra uelut in ex-
pugnabilē murū opponūt Prisciani nomē tam ce-
ca & pertinaci fide ducunt̃. Credas illos in ei⁹ uer-
ba iurasse & nō tā christianitatē quā priscianissimī
in baptisinate p̃fessos: huiusmodi genus hominū
cū in congressum meū uenit: quod quidē ex ratio-
ne meā p̃fessionis tum salmanticæ tū granatæ tū
etiā aliis in locis quam sepissime contíngit non

12
^{translatio.}
secus tractare pater optime quam lapideas statuas
& mutas hominū figuras. Quoniam neq̃ multitu-
dine rationum neq̃ uarietate uocum uelut homi-
nes agūt: sed uno dūtaxat modo bouinātes in eun-
dem semper illum mugitum erumpūt. Priscianus
inquit. Priscianus auctor est. & quā ille sibi uiuens
ut erat modestus nunq̃ sumpsit auctoritatem: ean-
dem ei arrogant istī miserī nebulones nefas esse
ducentes si alius audeat q̃ ipsi non possunt. Cum
enim ipsos uel auaricia transuersos agat: uel libi-
do cecet: somnus sepeliat: desidia retardet: ludus
a contemplando alienet: sit ut bonas ingenii & na-
ture dotes impediānt nihil altum sapientes: sed ut
uerbis utar Quintiliani tanq̃ grāmatici impoliti
& uestibulum modo huius artis ingressi intra ea
quæ cōmētariolis grammaticorum uulgata sunt
consistunt nolentes ut doctiores multa adiiciant.
Quorum stoliditas quia sit bonarū artiuū studiis
pniciosa uel una illa res docet q̃ si omēs dicto suo
audientes haberent ^{f. illi m. d. s. t.} omne litterarū genus obmu-
tesceret quod magna ex parte cōstat cōfutatione
priorum: nunq̃ Aristoteles Platonem: nec Plato
Gorgiam: nunq̃ Sulpicius Sceuolam præceptorē
neq̃ Augustinus Hieronimum: aut hic ipse Hyla-
rium. Nunq̃ Priscianus Seruiū & alios de ueteri-
bus Priscianum ue Laurētius taxauisset. Nunquā
aduersus Quintilianum Diomedem Priscianum
Laurentiū Anronius nebrissensis nostræ tempe-
statis doctissimus os aperuisset: deniq̃ nunquam
contra priores sed pro eis semper loqueremur si

a ii



semel inuenta & scripta pro oraculis habenda sũt
confutatio non esset in usu: uerbum contra de me
dio tolleretur: philosophari nõ esset ex libertate
ingeniũ: rationes de rebus bonas querere sed alio
rum dictis sine delectu seruire. Sed quid nunc ago
absurditates colligēs? Quot hodie absurda inter
homines sunt? tam multa non sunt quã quã conse
quantur necesse est si hoc frenum semel ore tenes
ne aliorũ scripta liceat retractare. Quare quod ad
me attinet malim cum huiusmodi pbatissimis ui
ris quorum opera quotidiẽ sapientiã crescit quã
cum illis inertibus & insensatis sentire. Tu magne
deus procul fac a me ut in cathedra pestilentiã sede
am. Nam is in cathedra pestilentiã sedere dicendus
est qui pro uero falsum inculcat auditoribus uene
num præsentiissimũ inter cuncta uenena: ut uerita
tem quam mihi spiritus domini p sua benignita
te sentire dedit: ego cum magna meorum discipu
lorum iactura dissimulem ne aliorum auctoritatĩ
derogem? Absit. Patrem enim habet diabolus
qui sciens mentitur. Hinc factũ est ut cum iis qui
sectam barbarã ex quo sibi eã semel persuaferũt
retinere malunt q̃ ueritatem agnoscere perpetuo
um bellum his scriptis indicã: non ueritus quorũ
dã dicta grãmaticorũ quã sub absurda uidebũtur
meliori semper ratione aut auctore meliori freti
ad lineam reducere ueritatis. Solam etenim sacri
canonis auctoritatem didici sic reuerendam habe
re ut aduersus eam ne somniauerim quidem unq̃
mutire: quam me delectat illud diui patris augusti

3
níelogium q̄ in decretis fulget. Ego solis inquit
eis scriptorum qui iam canonici appellantur didi
ci hunc timorem honorēq̄ referre ut nullum eorū
scribendo errasse audeam credere. Alios autē ita
lego ut quantalibet sanctitate quātaue doctrina
polleant: nō ideo uerū putem quia ipsi ita senserūt
sed quia mihi per alios auctores uel canonicas uel
probabiles rationes quod a uero nō abhorret per
suadere potuerunt. Animat me ad id potissimum
saluatoris exemplū cuius omnes actiones debem⁹
h̄re p̄ norma uiuendi: qui suas quoq̄ ipsi⁹ leges q̄s
olim tulerat per moysen postmodū ore p̄prio tan
quam uiue uocis oraculo additis quibusdam & de
tractis perfecit ut est eleganter uidere in quinto
mathei capite: tam charam ille habuit omnium sa
lutem & ueritatem. Quod quidē opusculū nō ideo
tantum ad te præsul sapientissime mitto: quoniā
iter hispaniæ nostræ praelatos genere simul ac di
gnatione antecellis. Sed & q̄ in hac tua splendidis
sima & nobilissima ciuitate agens nulli iustius la
borum meorum primitias consecrare potui quā
ei qui & sacerdos ipse sit & antistes sacrorū. Huc
etiam accedit q̄ meam obseruantiam in tuā pater
amplissime dñationē & in prudentissimū ac for
tissimum fratrem comitē tendilianū patronū sem
per meum hoc uelut pignore uolui attestari. Pos
tremo cum hic noster tractatus de tribus nomi
num p̄nomīnū & participiorū personis agat: nō
immerito ad tuos se pedes puoluet qui trinā: sapi
entiae: nobilitatis & amplitudinis personam susti
a iiii

nens longo tandem temporum interuallo trimes-
 gistum . idest ter maximum nobis reddas . Tuas
 etenim ingētes iuris prudentiæ & p̄sapia laudes
 amplissimo trium sublimiū dignitatum fastigio:
 summi dei benignitas exornauit. Archiepiscopa-
 tu patriarchatu cardinalatu . Accipies igitur reue-
 rendissime p̄sulis opusculum hoc uelutī quandā
 degustationem aut certe p̄fatationē maiorum me-
 arum quæ deo propitio iam iam sequentur uigili-
 arum. Sed ita accipies ut tuo clarissimo nomine in
 signitus tanq̄ de tuo sinu tutus incedat neutiq̄ ex-
 pauescens si se obtulerint qui nunq̄ desunt obtre-
 ctatores. Sed iam prohemiū satis est. Nunc ad rem
 ipsam descendo tractandā . Verum quo meliori
 ordine res procedant. Summā tibi totius opinio-
 nis paucis perstringo.



Omnis inquit ille nominatiuus est
 tertiæ personæ præter ego qđ est
 primæ: & tu qđ est secundæ: & om-
 nes uocatiui qui sunt secundæ per-
 sonæ. hæc priscianus. Nos uero de
 inceptis hanc eius regulam sit uera
 nec ne discutiamus quandoquidē inter omnes grā-
 maticī considerationes hec una qđ de personis agit
 præcipua est in qua si quippiā erroris admittitur.
 Soloecismos quāplurimos in loquendo efficiamus
 necesse est: quoniam autē huic eius inuento uehemen-
 ter uidebat̄ obstare illud in fronte aneidis ille ego
 qui quondam gracili modulatus auena carmen &

egressus filius uicina coegi & illud eiusdem poetæ
secunda egloga. Ipse ego cana legam & usitatissî
ma pariter & necessaria loquedi cunctorum cōsue
tudo. Ego ferdinandus curro. Tu antonius legis
& similia: ubi uerbum coegi: & uerbum legā: & uer
bum curro quū sint primæ personæ: & uerbum le
gis quū sint secundæ uident̃ habere noiatiuos ter
tiæ personæ quod esset absurdū. Ideo nouā figurā
excogitauit. Est inquit euocatio quā græci enclê
sim idest attractionem dicunt ubi prima uel secun
da persona tertiam attrahunt ad sese. Non ramen
est dubiū & antoniū & ferdinandū & pronomē ille
& ipse omnes deniq; noiatiuos esse tertię psonæ
illis duob⁹ ego & tu dūtaxat exceptis. Eodē quoq;
modo respōdent ad illud Vergilianū in buccolico
primo: quo sepe solemus pastores & ad similia. Nā
subintelligi dicūt oportere nos ut sit quo sepe so
lemus nos pastores & euocationē manifestariā eē:
neq; differre: an exprimañ ibi nos aut uos an subin
telligañ q̃a cū in intellectu legētis sit: pro eodē est
ac si in littera eēt. Et ne simus plixiores: dū uolunt
regulā suā facere catholicā: Oēs orōnes eiusmodi
uno noīe figuratas appellāt. triūphauimus xp̃iani
de mahemetis granatē sibus rege Ferdinādo: q̃ si
milis est illi quo sepe solem⁹ pastores & illud corā
quē q̃ritis ad sū. Et in quinto q̃ p̃mia niso digna da
bis primā merui q̃ laude coronā. & mille allia i hūc
modū. sed uiderint ip̃i q̃ figuras & uicia p̃ eodē ac
cipiūt quomodo nobis p̃cipiāt absurditatē. Nam
quū oē uitiū suapte natura sit fugiēdū. qui dā boni

præceptores qui sua stulticia cuncta peruertunt:
necessario nos cogunt incidere in uicia cum dici-
mus ego ferdinadus scribo qui mos ut dixi quoti-
dianus est necessariusq; sed nec uicium & figura
ide sunt uti ego aliquando docebo cum figurate loqui re-
ste quintiliano & trapesutio laudis sit quibus cun-
cti fere grammatici astipulantur: uiciose autem loqui
nisi apud eos qui dicunt bonum malum & malum
bonum turpe & detestabile. Nec possunt omnes
quibus de agimus ad euocationem reduci: nec euoca-
tio figura est sed mera prisciani aut quicumque ille
fuit qui eam primus inuenit somnia & figmentum
absurdum: nec omnis nominatiuus est tertiae per-
sonae imo nullus est fere tertiae personae. Nam quid di-
cet de relatiuis quae eiusdem esse personae cum suis an-
tecedentibus negabit nemo. At istorum etiam oportuit
in exceptione sic meminisse. Omnis natus est
tertia personae praeter ego quod est prima & tu quod est
secunda & relatiua quae sunt indifferetis personae
Itaque licebit tum in his relatiuis tum etiam in aliis
omnibus dictionibus quas nos infra subdemus
sic argumentari tu dicis omnem natum esse tertiae
personae praeter illos duos. Sed raptos qui ex ho-
ste penates classe ueho mecum: illa dictio qui nomi-
natiuus est non tamen est tertiae personae: Falso igitur
collecti sunt omnes nominatiui ad tertia personam
cum non solum hoc pronomen quis uel qui sed & cetera
pronomina relatiua & antecedentia quae multa sunt non
queant esse semper tertiae personae: ut illud cicero-
nis: o nox illa que pene eternas huic urbi tenebras

attulisti. Et illud eiusdem o none ille decēbres quæ
me consule fuistis. Quod uero a nōnullis dīcitur
iccirco non factam mentionē relatiuorū expressā
in exceptione cum illis duobus p̄nominibus ego
& tu qm̄ & alias ī artibus quisq; suis separatā præ
ceptionem faciant de cōcordia referētis & antece
dentis & bis non debuit idem poni: quanq̄ a nobis
non probatur: nec uideť excusatio sufficiens pro
pterea q̄ & parī ratione nō debuerūt excipi nomi
natim ego & tu: quia cum de personis agunt dīcē
tes personas esse trīs primā quæ loquitur ut ego
secundam ad quam ut tu tertiam de qua ut anto
nius: ibi quoq; de his agitur nominatim. Sed nī
hilominus excipiuntur ab hac uniuersitate et ita
relatiua debuerūt excludi. Tamen quoniā ad alia
maiora festinat oratio: non multū instamus huic
rationi illam dūtaxat attigisse contēti. Interim
autem quoniam cum deliris est res: libet quoq; il
lud impudentissimum delyrumentum exhibere:
propterea inquit non fuit opus de relatiuis age
re quia cū relatiuū eadem persona censeatur cum
suo antecedenti: qui dicit præter ego quod est pri
mæ & tu quod est secūdx tantū dum est ac si dixisset
& præter eorum relatiua. uah stolidam subtili
tatem. Quasi uero grāmaticus agat curā de signi
ficationibus solis ac non potius de uocibus cū di
cat præter ego quod est primæ & tu quod est secū
dx præter has duas uoces ego & tu intelligendū
est: non autem præter eas quæ significabunt te &
me alioquin duas has res nobiscum consiteantur

neceſſe eſt: uocatiuus excipi non debuiſſe. Quia
in omni uocatiuo intelligitur tu. nam equipollet
petre ei qđ eſt tu. Et omnia per quæ ſignificabimur
ego & tu eſſe primæ & ſecundæ perſonæ ſi habe
mus reſpectum ſignificationis & nō uocis id qđ ue
rum eſt & mox ego docebo. Et ego Ferdinandus
curro: quia per hanc uocem ferdinandus intelligi
tur eadem ipſa perſona loquentis que intelligitur
per ego: Ferdinādus erit primæ perſonæ. Hec om
nia nobis admittant neceſſe eſt qui in hac priſciani
regula & exceptione de ſignificationibus agi cre
diderint & non de uocibus. Verum ego auſim con
tendere ſiue priſcianū: ſiue Antonium nebriffen
ſem ſiue quēcunq; alium: cum dicit omnis nomina
tiuus eſt tertiæ perſonæ præter ego qđ eſt primæ
& tu qđ eſt ſecundæ: de hac uoce tu & ego tantum.
non autem de equipollentibus ſenſiſſe. Quæ quī
dem quæſtio in relatiuis diſputata nō nihil etiam
nos iuuabit ad ea quæ ſequentur. Nam præter re
latiua etiam inuenies paſſim pronomen ipſe ipſa
ipſum indifferentis perſonæ Cicero ad lentulum.
Ego omni officio ac potius pietate erga te ceteris
ſatiſſacio omnibus: mihi ipſe nunq̃ ſatiſſacio. Oui.
heroidū. nil mihi reſcribas attamen ipſe ueni. Ver
gilius. En ipſe capellas protinus æger ago. & alibi
cum faciam uītula pro frugibus ipſe uenito & mil
le alia exempla quæ paſſim lector inueniet. Quæ
oportuit quoq; excepta eſſe cum reliquis hoc mo
do. Oīs notatiuus eſt tertiæ pſonæ pter ego qđ eſt
primæ: & tu quod eſt ſecūdæ & uocatiui oēs q̃ ſunt

secundæ personæ & relatiua omnia & pronomen
ipse ipsa ipsum. Nemo enim prohibebit quin sic
uulgo loquamur more doctissimorum in lingua la-
tina uirorum. Ego tuus beneficiarius sum. Tu meus
patronus es. Ipse tuus beneficiarius sum. Meus es
ipse patronus. In tam claris tamen auctoritatibus
querit adhuc eua siunculas inuidia ceca multorum
Quas quidem opere præcium erit hic ponere non
tam ad confutandum: neque enim merentur ut responde-
atur eis. Quia ut explodantur. derideantur: exhibe-
lentur & sago susum uersus mittantur in altum. Alii
etenim dicunt subintelligi oportere aut ego aut tu
ut sit nil mihi rescribas attamen ipse tu ueni. Ego om-
ni officio ac potius pietate erga te ceteris satisfaci-
cio omnibus. mihi ego ipse nunquam satisfacio. Alii ue-
ro dicunt emphasim esse. Nam qui dicit attamen ipse
ueni ibidem intelligit ipse idest desideratus & op-
tatus. hec illi. doleam ne cecitate hominum tam tene-
brosam & ignorantiam crassam. An ne potius ode-
rim prauitatem & maliciam tam obstinatam. quale
olim testatur est dominus fuisse in hebreis audiētes non au-
diunt & uidentes non intelligunt. Impræcer ne illis pro-
phetica maledictione. Exceca domine cor populi huius &
aures eius aggraua: an ueluti suffumigatiōibus quibus
dam expiabo demonem quod obdurat sic puer se pectora
eorum. Nam quid aliud putes esse in causa quam spiritus improbi
uersutiā: cur illi in tantam inciderint insaniam ut in plano
cespitem & lucem non uideant eorum sese oculis ingerere?
Nos ergo sic respondeam? si ipse quoniam habet emphasim
mutat persona propter naturam suam & de tertia transit ad p

mā cur ego & tu cum emphaticos quoq; accipian
tur nō relinquunt personas: Nimirum emphasis
nihil facit ad cōmutandas personas. Sed aliud est
subintellectionem habere: sicut enim emphasim inter
pretamur: aliud uerbo primæ aut secundæ perso
næ adherere. quid? q̃ non semper habet illā subin
tellectionē latentē ut in p̃positis a me exemplis
En ipse capellas p̃tinus æger ago: mihi ipse nūq̃ fa
tissacio & alia innumera. Et qd̃ magis est in nomī
nibus quoq; est reperire emphasim: sed non conti
nuo mutationem personæ ut cicerō ad curionem
Quid grauius potest scribi a cicerone ad curionē
q̃ de re publica? Nā quod argumētabatur priscia
nus ideo non esse p̃nomē ipse: ipsa: ipsum primæ
personæ quoniā interrogātibus nobis quis hoc
fecit? respōdebitur ego aut tu: & nō respondebit
ipse: cassa ratio est. Est enim in promptu cur id fi
at: quia cū ipse sit iā primæ iam secundæ iā tertie
personæ: ego autē semp̃ p̃mæ: & qui respōderet ipse
faceret Amphibologiam: ideo non sic cōmode re
spondetur per ipse sicut p̃ ego. At cū ibi ponitur
uerbū: tunc secus. bene. n. dicitur ipse feci. Porro
qui dicūt ipse capellas p̃tinus æger ago euoca
tionē esse quoniam ibi intelligitur ego: ut sit ego
ipse capellas sicut aliquādo exp̃mitur: ipse ego ca
na legam tenera lanugine mala. Interrogādī sūt
uicissim unde nam illi didicerunt esse hoc pronō
men ego primæ personæ magis q̃ pronomen ipse
Nam si ideo quoniam significat personam loquē
tis: etiam ipse apud latinos personā loquētis desi

gnat. Fallitur enim uehemēter quisquis putat latī
nis hominibus sicuti plerisq; aliis nationibus uni
cum esse dūtaxat pronomen quod uere significet
personam loquentis inter hispanos libentius pro
fecto cōcesseri esse solū pnomē quod primā psonā
significet. Quale est yo ut yo curro sed non protī
nus latinitas ad inopiam est redigenda quæ plu
ribus uerbis abundat: ut ego & ipse: & hic & is: de
primis duobus exempla attulimus & uulgo sunt
plurima: de tertio sit hoc apud therētū. Tu si hic
sis aliter sentias ubi pronomē hic primæ personæ
esse nemo non agnoscer. Quo in loco impudentis
simi hominis est uelle supplere ego. ut sit: tu si e
go hic sis: aliter sentias. q̄si non sit pulchrior ora
tio sine ego quam cū ego aut indigeat supplemē
to id quod sit pfectū Faciūt ne itelligēdo ut nihil
intelligent. Quomodo enim eleganter subaudie
tur id quod si exprimať: absurdissimā reddit ora
tionem. De quarto sit hoc exēplum: uelim ego ut
hī qui uenitis ad audiendum haud quā prius iū
diciū faciatis quam totū perlegatis tractatum
Item & hoc uolebat præses ut hī qui equos habes
mus prodiremus in expeditiōē. Nullus enī uel
p̄mis litteris iniciatus negauerit has duas orōnes
esse latinissimas utpote quibus passim reperias si
miles apud idoneos: in quib⁹ uelle aut uos aut nos
subintelligere hoc modo: uelim ego ut uos ii qui
uenitis uolebat præses ut nos ii qui equos habem⁹
pdirem⁹. &c. Omni barbarie fedius est. Sed ad rē
redeamus. Nulla ut paulo ante dicebam ratio est

cur ego sit magis accomodata primis personis q̄
ipse. Nūquid illa: q̄ ego reperitur suppositū uer-
bi sine adiuncto: ut ego lego: etiā reperientur cete-
ra de quibus disputauimus ut ip̄e mihi nūq̄ satisfi-
cio. At reperit̄ ip̄e adiunctū huic pronomini ego
etiā reperitur ego adiunctum huic pronomini ip̄e
Nulla enim causa est cur magis adiungat̄ hoc illi
q̄ illud huic ut in hac oratiōe: ip̄se ego cana legam
At enim magis p̄priū & naturale est ut ego signi-
ficet primā personā q̄ ut ip̄e: quare hoc: nunq̄ enī
probabis. Nunquid ideo quia ego solam primam
et ip̄se primā secundam & tertiam significat̄? At ex
hoc non rite colligitur esse magis naturale uni q̄
alteri. Postremo ista natura colligitur ne aliunde
q̄ ex usu doctorū: Et tam frequēter igitur inuenie-
tur ip̄se q̄ ego. Nā quod nōnulli dicūt ideo subin-
telligēdū pronomē ego ubi fuerit ip̄e quoniam ip̄e
adiectiuū est & indiget substantiuo: at ego substā-
tiuū quod nō indiget adiectiuo casta ratio est quo-
niam non minus est adiectiuū ego q̄ ip̄e. Nā si ip̄e
tres diuersas terminationes habet: ego habet tria
genera quod tātūdem est. Præterea p̄noia nec pos-
sunt omnino dici adiectiua nec substantiua ut elegā-
ter docuit Laurētius uallēsis in tertio. Deniq̄ quā-
sit fructuosum istud frequēs supplemētū quod isti
faciūt docet idonea multitudo doctorū qui rarissi-
me imo fere nūq̄ solēt supplere: p̄fectas. s. esse rati-
pleraq̄ oēs latinissime loquētū orōnes & quod p̄-
fectū ē supplemēto nō indigere male sentit p̄fecto
de oratoribus poetis historicis philosophisq̄ ac

ceteris id genus multæ eruditiois scriptorib⁹ qui
orationes eorū tanq̃ improprias: mæcas: imperfectas
q̃si ipse solus sapiat: supplet. sic sapere: desipere ē
Illud est uere sapere in latinitate: q̃ tota usu cōstat
doctissimorū: si ut illi loquamur. At isti uiri arro
gātes ut regulā suā imo potius sōnia nobis psua
deāt: Vergiliū. ouī. quītīlī. & ceteros eiusmodi mā
cæ: imperfectæ: debilis atq; ideo supplēda orōnis
accusant. Quarū ego pfectas imperfectiōnes imi
tari malim q̃ istorū obscuras subintellectiones. Nā
in lingua latīna imperitissimus quisq; ad supple
mēta cōfugit & quo quisq; minus sapit: eo frequē
tius supplet & dānat orōnes ueterū Deniq; supple
menta refugia sunt imperitorū. Que oīa nō solum
ad hanc sed & ad sequētes materias erunt nobis
utilia. Nā quod dixim⁹ de ego & ipse: idē quoq; sit
dictū de tu & ipse q̃re maneāt hec in causa ego & tu
hic ipse is: relatiua quoq; excipi debuisse ab illa unī
uersitate omnis ntūs est tertiæ psonæ. Sed nos ad
reliqua transeam⁹. Participia quoq; uniuersa siue
p̃sentis siue p̃teriti siue futuri cū nō habeāt certas
& distinctas psonas indifferēter iam primis iā se
cūdis iam tertiis adiūgūtur Et hoc est quod sibi uo
luit diffinitio participiorū q̃ sic habet Participiū
est pars orationis declinabilis quæ pro uerbo acci
pitur. ex quo deriuatur genus & casus habēs ad si
militudinē nominis & accidētia uerbi absq; discre
tione modorū & personarū. Patet itaq; nō esse par
ticipiō personas discretas. Vnde hoc nisi q̃ iam
has suscipit iam illas. Alioquin si semper esset ter



tiæ psonæ: discretas eas diceret habere & nō dice
ret sine discretiōe modorū & psonarū: p̄sertim cū
uel ratione optima conuincātur participia nō esse
semp̄ tertiæ psonæ quia tunc inter reliqua parti
cipioꝝ accidētia numeraremus personas: sic. Acci
dūt aut̄ participio septē. genus: casus: numer⁹: tē
pus: significatio: figura & persona. quod tantū dē
disputatū sit de noīe. sed p̄pterea nec p̄ticipio nec
nomini accidūt personæ quia nō habet eas deter
minatas ut aut oīa semp̄ sint tertiæ aut quedā pri
mæ qdā secūda quedā tertiæ. Nā de solis determi
natis accidētia cōstituūtur. Atq; hinc factū est ut
qdā uerba impersonalia uocent̄ ut tedit miseret
quāq; litterā habēt tertiæ personæ. Sed tamē quia
sub ea utrūq; numerū & in eo personas trīs recipi
unt: ut tedit me tedit te: tedit illū tedit nos tedit
uos tedit illos. Ideo dicunt̄ carere numeris et per
sonis unde etiā meruerūt ut īpersonalia uocitarē
tur sic & participia & noīa cū personas certas non
habeāt nō acceperūt inter accidētia psonas. q̄ aut̄
nō habeāt eas certas participia: nā postea de nomi
nibus agem⁹: uel hinc palā est q̄ dicim⁹ Ego amās
curro: tū amās curris: ille amans currit: et sine ex
presso substantiuo ut digestis de excusationib⁹ &
tēporib⁹ earū prima lege: herennius modestinus
ignatio dextro: conscribēs librū ut mihi uidet̄ uti
lissimū quē de excusatiōe tutelæ & curæ uocaui hūc
tibi misi. & alia eiūsmodi q̄ sibi quisq; conformare
potest ne cogamur nos esse plixiores in exēplificā
do. Quare nō est q̄ negēt nisi peruicaciā suam &

impudentiam testari maluerint in participiis indiscretas esse personas cum ratio nostra non aliunde quam ex diffinitione participiorum cunctis grammaticis confessa intelligatur id quod isti etiam qui in ceteris aduersantur nobis concedunt addentes non solum participia sed & cuncta adiectiua esse eiusdem ipsius persone cui adherent: ut tu tytire lentus in umbra formosam resonare doces amarillida siluas. Et alibi idem uergilius in eodem buccolico. Urbem quam dicunt romam meliboe putauit stultus ego &c. Ergo uel ipsis eisdem a stipulantibus rigor ille nimis sententiae in uniuersum praecipientis sic temperandus fuit. Omnis nominatiuus est tertiae personae praeter ego quod est prima & tu quod est secunda: & omnes uocatiui qui sunt secundae personae & relatiua & ipse his is: & participia cum nominibus adiectiuis. Nam quod nunc eam propositionem rigidissimam appellaui: nolim quisquam miretur. Quum & ipse Antonius nebrissenis qui inconsulto (ut fit) calore: aut per inaduertentiam sic praecipitarat sententiam suam dicens ex auctoritate prisciani. Omnis nominatiuus &c ut a me in fronte huius tractatus posita est. In uerbosissimis tamen illis commentariis suis quos postea tanquam cordatiores circumfudit arti suae illud generale praceptum quasi temerarium sic taxat. Et facta regula ex his quae sunt plura facit exceptionem huius pronominis ego & tu cum uocatiuis &c. Quin & idem ipse Priscianus in. xii. confitetur non esse nomina semper tertiae personae his quidem uerbis. Quae admodum autem nomina tertiae sunt personae: absque

uocatiuo: tunc uero etiam primæ & secundæ quan-
do uerbis substantiuis uel uocatiuis iunguntur sic
etiam pronomina possessiua: ut meus es amicus.
Meus diceris cognatus. Tuus sum filius. Tuus no-
minor pater. Tuus uocor socius tuus nūcupor pa-
tronus. Hæc priscianus dum ipsa coactus ueritate
fateretur magnam nobis præbuit ansam disputan-
tibus aduersum se. Habet enim hoc interdum ma-
nifesta rerum ueritas ut uel nolentibus eam intue-
ri & auertentibus animos ab eius contemplatione
ipsa tamen more solis conspicui sese ingerat uel lo-
quentibus uel scribentib⁹ nobis. Omagna uerita-
tis uis quæ quo magis obscuratur comprimitur &
calcat: eo magis more hydræ lerneæ qua non opī-
namur erumpit & sepulta resurgit. Hæc igitur an-
sa confessionis sue tenebo priscianum ueluti de ca-
pillamentis quamdiu disputauero aduersus eum.
Quæro enim ab eò si sum ferdinandus: dicor pe-
trus: uocor alfonsus: nominor ioannes & similia.
sunt primæ personæ: cur nō hæc quoq; sum pastor
sumus pastores. Quod si hæc quoq; cur non hæc:
quo sepe solemus pastores teneros ouium depel-
lere foetus. Et hæc coram quem quæritis adsum
troius æneas. Et hæc. huc pauci uestris ad nauimus
horis. Et hæc. quæ præmia nysodigna dabis pri-
mam merui qui laude coronā. Et hæc. at nos hinc
alii sitientes ibimus afros. pars scithiam & rapi-
dū cretæ ueniemus oaxem & cetera. Vbi dicimus
pars ueniemus. Cur hæc magis erunt figuratæ ora

tiones quam superiores illæ. Si propterea q̄ hic
intelligitur prima & secunda persona: etiam illic i
telligi poterat sum æneas: ego sū æneas & cetera.
Quid magis peccarunt hæ orationes quæ nō sūt
cum uerbis substantiuis uel uocatiuis: ut hæ dican
tur figuratæ: illæ autem rectæ: Quis dicet hic sub
intelligi nos. Pars scithiam & rapidum cretæ ueni
emus oaxem: ut sit nos pars: Aut pars nos uenie
mus: Quod absurdū est dicere: est quoq̄ absurdū
sentire. quare uiderit priscianus aut quisquis ille
fuit primus euocationis excogitator quam non
dico infructuosa sed & pernicioſa sit euocatio quæ
damnat orationes suauissimas: cogitq̄ absurdissi
me loqui. Quid enim habet hæ oratio cur non di
catur. Quotquot ueneritis ad me: erudiemini.
Quicumq̄ ueneritis ad penitentiam: recipiemini.
Quidam hodie uenistis ad me dicentes & cetera.
Aliqui hodie rogastis me ut legerem. At si sub
intelligamus uos uti docet Priscianus: quam erit
absurdum dicere uos quidam uenistis: aut qui
dam uos uenistis & sic de ceteris. Nec desunt alii
qui dicant non esse subintelligendum nos aut uos
in his exemplis proximis sed uestrum aut nostrū
ut sit quidam uestrum uenistis: & genitiuum pri
mæ aut secundæ personæ attrahere ad sese per euo
cationem alterum nominatiuū qui est tertiæ per
sonæ. Quorum error damnandus multis de cau
sis. Primum. Quoniam quid fructus est subaudire

b ii



qđ non semp dicitur: quū ars grāmātica & prācep-
prio latīnitatis nō sit ars subauditiōnis: sed locuti
onis. Secūdo quia nunq̄ auditū est hactenus euoca-
tionem fieri in diuersis casibus. postremo si quū di-
cimus: quīdam uestrum uenistis: ille genitiuus uest-
rum qui est secūdaē personae attrahit ad se nomi-
natiuū tertiā personae: quū dicimus: quīdā uestrū
uenerunt ad me. quīd illic dicemus? praeualet illic
nominatiuus tertiā personae cū quo cōcordat uer-
bum & attrahit ad se illum genitiuū qui est secūdaē
personae. Erit itaq; euocatio attractio primae uel se-
cūdaē personae ad tertiā quod est prisciane cōtra-
te. quē ueluti de ansa cōfessionis tuae teneo dū hac
disputamus. Nimirū hoc tuū inuentū de euocatio-
ne ridicula res est & pestilēs ad latinā linguā facul-
tatem. Cur enim aut Quintilianus: Diomedes aut
donatus diligentissimi: in sua re quisq; cōprāhen-
sores. quī tam multas & remotiores figuras perse-
quuti sunt: hanc tuā euocationem tam quotidianā
celebrem necessariamq; figurā nunq̄ meminerunt
nec greco nomine neq; latino? Si quīd autē obser-
uationis sit in greco idiomate: quod uel apolloniū
uel priscianū inuitarit ad hanc praeceptionē. Vide-
rint quī sapiūt grecā. Nos in litteratura dūtaxat
latina cuius aliqua ex parte delicias nescio an gu-
stauerim: iterū atq; iterum magna uoce negamus
aliquid pestilentius potuisse a prisciano excogita-
ri quā euocationem. Quare desinant iam tandem
priscianistae habere in delitiis post hac euocationē
tanq̄ praeiosam filiam prisciani. Sed nos quid agi

mus: Cur per minútiora quædam deuagamur.
 Accedant iam maiora rerum pondera: tam & si
 quæ superius a me disputata sunt. Omnem omni-
 um grammaticorum obstinationem reuincere po-
 tuerunt. Quasi ergo per uiuam dialogi uocem dis-
 putabimus ego & Priscianus. & Ferdinando ro-
 gítanti Priscianus responsitabit. **HERRARI-**
ensis. Dic mihi Prisciane quid est euocatio? **PRIS-**
CIANVS. Reductio terciæ personæ ad primam
 aut secundam. **HERRARIENSIS.** Quæ est ter-
 tia persona? **PRISCIANVS.** Quæ: omnis nomi-
 natiuus præter ego & tu cum uocatiuis. Et si ita
 uis: excipe quoq; relatiua ipse: iste: hic: excipe parti-
 cipia cum nominibus adiectiuis: & substantiua cū
 uerbis uocatiuis ac substantiuis. Cætera omnia
 sunt o terciæ personæ. **HERRARIENSIS.** Age
 dum prisciane nisi moleste fers respōde ad ea quæ
 te percontabor. **PRISCIANVS.** Nō ferā agre-
 sane. Quin nulla mihi maior uoluptas quā quæres
 reueritatem. Atq; utinam mortuus inueniam ex
 ore tuo quam uiuens non potui. Verum heus tu
 quandoquidem me adigis ad hanc legem ut quæ-
 renti tibi respondeam: æquum feceris si eandem
 legem subiens: quū te uicissim reinterrogauero
 nō graueris. **HERRARIENSIS.** Tantum abest
 ut ego tibi grauer respondere: ut nihil te magis
 oratum uelim quam ut omnia quæcunq; potes cō-
 quiras quo nostra hæc de personis disputatio sit
 omni ex parte sui consummata. **PRISCIANVS.**

faciam: percunctare igitur. **HERRARIENSIS.**
Primum omnium interrogo te quid sit tertia perso-
na. **PRISCIANVS.** nonne iam dixi tibi omnem
nominatiuum esse tertiae personae praeter illa quae
partim sponte mea: partim rationibus tuis co-
actus excepi. Quid nunc rursus me rogitando fati-
gas? **HERRARIENSIS.** iam oblitus es quod
modo pollicitus fuisti non fore ut te pigeret mihi
respondere. Qui si uim interrogationis meae animi
aduertisses: satis certo scio non sic respondisses.
Ego enim quaesieram quid esset tertia persona: tu
autem putans quaesitum quae esset tertia persona:
respondisti omnem nominatiuum &c. Porro aliud
est querere quid sit tertia persona & aliud quae sit
tertia persona. **PRISCIANVS.** Non intelligo
quid intersit inter has duas orationes quae sit & quid
sit. **HERRARIEN.** Licet ne utique credo te tam he-
betem aut tam parum exercitatum in significati-
onibus & proprietatibus dictionum ut haec non in-
telligas sed ut meae scientiae periculum facias. Ego
tamen perinde ac si non perceperis declarare co-
nabor. Si ego te interrogarem quid est genus foe-
mininum: & tu responderes nomina terminata in a
sunt generis foeminini praeter paucula quaedam.
Nonne uideretur tibi hominis male sani responsu:
quia cum ego quidnam esset genus foemininum qua-
rerem: exempla attulit generis foeminini. Debit
ergo sic inferre. foemininum est quod declinatur cum
haec aut aliam eiusmodi quae magis placeret expli-

cationem mox si ita uideretur exempla subderet.
Verū tu cū q̄rereris quidnā esset tertiā persona &
haberes respondere id quod cogit eā esse tertiā p
sonā: cōtulisti te protinus ad exempla dicens. Oes
noīatiuos p̄ter pauculos esse tertiā personā. Cum
igit̄ post hac a me interrogabere quid est tertiā p
sonā: id debebis reddere quod facit eam esse tertiā
personā. Non aut̄ omnis nominatiuus &c. **PRIS.**
Intelligo quid dicas aliud esse diffinitionē aliud ex
empla diffinitionis reddere. Sed cū ipse tibi supra
quærenti quid esset tertiā psona respōdi omnē no
minatiuū &c. Nō tanq̄ exemplificans sed tanq̄ des
finiens respondebā. Nō est enī id tuū quod dedisti
de genere fœminino simile huic meo quod ego tibi
de omni nominatiuo dicebam. Nam nec omnia
noīa in a cū lanīsta: sophista & alia sint generis maf
culini: nec sola ea sed alia innumera in uarias termi
nationes exeuntia fœminea sint. At oīs noīatiuus
p̄ter paucula illa q̄ ego & tu excepimus & solus no
minatiuus est tertiā psonā. **HERRA.** Victoriā
magis affectas prisciāne quā q̄rere ueritatē q̄ tam
ipudētes cauillos intēdis. Alioq̄ nūq̄ appellasses
diffinitionē q̄ nec gen⁹ nec differētiā haberet. neq̄
de diffinitioē qcq̄ excepisses. nūq̄ enī definiētes so
lent res pleraq̄ completi sed omnes: uulgarum
quippe est & inter pueros ipsum notum definitio
nem si bona est nihiloplus nihil minus continere
debere. Si igitur definitio esset illa regula oīs noīa
tiuus est tertiā personā: nullus unq̄ offerretur no

minatiuus quā protinus eſſet tertiæ pſonæ. Nūc
autem quum quamplurimos inde exciperemus:
apparet non fuiſſe diffinitionem tertiæ perſonæ.
Sed exemplificationem dumtaxat quū præſertim
ibi non ponatur: quid ſit prima quid ſecunda quid
ue tertiā perſona: ſed unū exemplum primæ quod
eſt ego: & duo exempla ſecundæ id eſt tu cum om-
nibus uocatiuis. Prīſcianus. Verum ais. & illa lex
omnis nominatiuus &c. exemplū eſt primæ ſecun-
dæ ac tertiæ perſonæ. Non autem definitio docēs
quid ſit prima quidue ſecunda aut tertiā perſona
Nec enim nominatiuus eo q̄ noīatiuus eſt tertiæ
perſonæ. Quod ſi ſecus ipſe uidebar ſupra ſentire
id factum eſt ut tibi morem gererē: quī me ſi recte
meminiſti multis uerbis rogavi ut ſi quid in men-
tem ueniret quo hæc diſputatio iuuaretur: neutiq̄
prætermitterē. Et propterea uolui illud quamq̄ ri-
diculum tibi intendere. Omnis etenī cōſutatio falſa
ſi multum fructū affert: ſed admixtū labori. Cete-
rum ego confiteor non eſſe diffinitionē: ſed regu-
lam generalem quæ breui doceat omnīū perſonarū
exempla. Herrarien. Nunc amo te prīſciane
quoniā ita ingenuē ueritatis es. Nam pleroſq̄ in-
uenias tam refractarios atq̄ tenaces præſumptæ
ſemel opinioniſ ut nullis ſe demorationibus pati-
antur inde depelli. Quare agedum ſi placet: quan-
doquidem iſta regula omnis nominatiuus non eſt
deffinitio: ſed exemplum. Reſponde mihi cuius
deffinitionis eſt exemplū id eſt quid ſit prima quid

secunda quid tertia persona. Priscianus. Quod quæ
ris præsto est & a me in duodecimo mei operis co
piose tractatum. Est enim prima persona quæ loquitur
tur. Vel aliter: prima est cum ipsa quæ loquitur de
se pronunciat. Secunda est ad quam loquitur uel aliter
cum de ea pronunciat ad quam directo sermone lo
quitur. Tertia est de qua loquitur: uel aliter cum de
ea persona pronunciat quæ nec loquitur nec ad se di
rectum accipit sermonem. Est ne hoc quod poscebas?
Herrari. Istud ipsum. Priscianus. Nunc igitur cum
sit tibi a me plene satisfactum: uale. Herra. hem quo
tandem prisciane? Quid sibi uult iste tam repenti
nus recessus? Mane quaeso te paulisper dum reli
qua absoluamus. Restant enim post hac euidentiora
& irrefragabilia disputationis loca. Priscianus.
Quæ sunt ista loca? Herra. audi patienter prisciane
& uidebis luce clarius tua ipsius dicta seipsum confun
di. Priscianus. quoniam modo probaueris istud? Her
rari. Quomodo? quia illa tua exemplificatio de qua
nobis est sermo: non conuenit cum definitione tua.
Porro nihil absurdius quam exempla dissentire ab
ea definitione cuius sunt exempla. uerbi gratia: si
post assignatam huiusmodi definitionem uerbi acti
ui actiuum est quod in odesines habet passiuum in or
& exigit semper post se accusatiuum: statim exempla
subderes ut seruior: amo: misereor: loquor: crimina
nor. Nonne tibi metipsum ridiculus uiderere quam aliud
definiendo aliud exemplificando preciperes? Pri. Quod
exempla regulæ uel definitioni suæ debeant conuenire:

Optime tu istud est enim exemplificatio nil aliud
quā particularis quædam expositio eius quod in
uniuersum uel definitum est uel præceptum. Sed q̃
exemplificatio illa mea omnis nominatiuus diuer
sa fuerit ab illa nostra definitione primæ uel secun
dæ uel terciæ personæ quas superius expressimus
(ut opinio mea fert) nunq̃ demonstrabis. Her
rariensis. Et quid erit præmii si apertissime de
monstro nō solum diuersam esse sed & aduersam?
Priscianus. Quid? laus. gloria. perennitas. Si ueri
tatem multis claris ingeniis ignorata & tam lon
gis seculis cecam tu promissum in lucem. Herrari. Pri
mū igitur quæro ex te quale putes illud exemplū
uergilianū tu tytīre lentus in umbra. & illud. urbē
quam dicunt romam melibœe: putauī stultus ego
cuius personæ est lentus? Priscianus. nōne appa
ret ex definitione mea secundæ esse personæ: quū
dixi secunda est quū de ea pronunciat ad quā dire
cto sermone loquitur. Herrari. Quid stultus ego:
stultus nomen adiectiuū cuius tandem personæ?
Priscianus. Obtundis iam tu ferdinande. Recole
quid sit prima persona & ea definitio tibi pro me
respondeat. Est enī prima persona cum ipsa quæ
loquitur de se pronunciat. Quū igitur tytirus qui
loquitur se pronunciet stultum: stultus primæ per
sonæ fit hoc est eiusdem cuius est ego. Qua quidē
responsione tu ad omnia adiectiua esto contentus
ut eiusdem personæ semper esse censeantur cuius fue
rint substantiua. Herrari. Si ergo ita est q̃ in huius

modi oratione. Stultus ego putauit: nomen stultus
est primæ personæ quia ipsa quæ loquitur de se p
nunciat. Cur in hac quoq; oratione ego tityrus pu
tauit: nō censebit esse tityrus primæ personæ? Aut
quis ferat in huiusmodi oratiōibus ego stultus pu
tauit: nomen stultus q̄ est nomen accidentis & pro
pterea remotius & alienius a me: esse tamē primæ
personæ. In hac autē ego ferdinandus putauit: nomē
ferdinandus qđ est nomē substantiæ atq; ideo con
iunctius mihi: imo eadem p̄sona & substātia mecū
esse tamē ferdinādus tertiæ personæ. Pari etenim
immo uehementiori ratione debuerūt nomina pro
pria adiudicari primis uel secundis personis quā
noīa adiectiua. q̄ si sic est: nullū erit nomen q̄ sem
per sit tertiæ personæ quoniam esset aliud docere
quā definitio habet. Est autē erroris pudendū si tibi
nō cōstes in p̄cipiēdo sed in una & eadē arte modo
illud: modo contra illud sentias. Nō erit ergo euo
catio necessaria quū nullū nomen sit determinatū
ad tertiā magis quā ad primā uel secundā personā
Priscian⁹. Noui dogmatis affectator es. Herrari.
Immo ueteris doctrinæ sum propensus assertor.
Nam ut supra dicebā neq; quintilian⁹ neq; diome
des neq; donatus neq; aliq; de ueterib⁹ huius tuæ
euocationis uspiam meminerūt græco uocabulo
uel latīno non tacituri fane tam quotidianā tanq;
celebrem figuram si esse putassent. Tuum est
inuentum Prisciane & magna posteritatis pars
auctoritatem tuam sequuta dum credit petrum

ioannem aeneam martinum pastorem & cetera id
genus substantiua esse semper tertiæ personæ:
nunquā est ausa sic loqui quo sepe solemus pasto-
res: pars scithiam & rapidum cræte ueniemus oa-
xem. Quæ præmia nisi digna dabis primam me-
rui qui laude coronam: & mille alia. Sed sic. Nos
pastores solemus. Nos scithiam ueniemus. Quæ
præmia mihi nisi digna dabis: primam merui qui
laude coronam. Et coram quem quæritis adsum
ego troius aeneas. Itaq; hic tuus priscianismus la-
tinæ linguæ puritatem & elegantiam pessunde-
dit. Hæc præterea euocatio tua infinitas & easdem
inextricabiles quæstiones uelut zizaniam inter
grammaticos disseminat. Huc etiam accedit q̃ mil-
le subintellectiones inanes & improprias te aucto-
re somniant & orationes pulchras idoneas aucto-
rum uelut imperfectas & mancas suppleant. Immo
supplementis deformant. Nec finis nos cum uer-
gilio Cicerone & aliis auctoribus latinissimis lo-
qui. Postremo non uideo quem nobis fructum at-
tulerit hæc figura. Quin potius si uerum fateri de-
cet: multum retardat: impropriat & grauat lin-
guam superfluis dictionibus. Quocirca liceat no-
bis tandem prisciane per te simplicissime & aper-
te docere grammaticam qualem Cicero: Var-
ro: Plinius: Gellius atq; alii didicerunt quorum
temporibus ausim ego firmare uel hanc oratio-
nem quo sæpe solemus pastores uel hanc quo
sæpe solemus nos pastores rectas: simplices

perfectas nō autem figuratas non supplendas exi-
stimabant. Nam per te prisciane & alios magnos
speculatiuos qui in grāmatica queritis altas philo-
sophias: factum est ut ars litteraria que quondam
pueris peruia fuit: nunc sit etiam grandæuis obscu-
ra. Neq; uos pudet in id arrogantiæ uenire ut huius
modi orationes ipse ego cana legam: ille ego qui
quondam. Ego. M. tullius curro: non ob aliam cau-
sam nisi q̃ cum uestris præceptionibus nō concor-
dant figuratas & mancas dicere: cū potius debue-
rit e contra fieri ut tunc demū artes uestras dicere
mus nō insanire cum a doctissimorū uirorum usu
nō discederent. Ars enim ex usu peritissimorū cō-
stat. nō usus ex arte. id quod etiā Quintilianus di-
xit his quidem uerbis. Nō enim cum primū finge-
rētur homines: analogia demissa coelo formam lo-
quendi dedit. Sed inuenta est: postq̃ loquebantur
& notatum in sermone quid quoq; modo caderet.
ita non ratione nititur: sed exemplo: nec lex est lo-
quendi: sed obseruatio ut ipsam analogiam nulla
res alia fecerit quā consuetudo. Nunc autem eo in-
sanie uentum est ut quia nōnulli grāmaticistæ sibi &
suis persuaferunt uerba neutra post se nō construi
cum accusatiuo: has orationes Vergilius. Nec latu-
ere doli fratrem iunonis: nec uox hominem sonat.
formosam resonare doces amarillida siluas. Am-
brosiæq; comæ diuinum uertice odorē spirauere.
coridon ardebat alexim. Quid domini facient au-
dent dum talia fures. Si te digna manet diuini glo-
ria ruris. tris pateat celi spacium non amplius ul-

nas. Et illud martialis. Olent tua basia myrrhā & il-
lud quintiliani. Vox oleat urbis alūnū. Et iuena-
lis malo: malo uenusinā & caulis olebit laternā. Et
persius. Cū sapimus patruos. & alias eiusmodi in-
finitas: tritissimas: latinissimas orationes. Idcirco
si deo placet figuratas & improprias appellent quā-
contra receptā semel eorum opinionē uerbis neu-
tris nō liceat accusatiuū dare. Immo uero tu prisci-
ane & alius quicūq; est improprie: imperfecte &
figurate doces. Illi autē proprie & recte & usitate
loquuntur. Sed de his dabitur alias locus spaciosi-
us disputandi. Priscianus. Quæso te ferdinande:
licet ne ad te paucula? Esto enim ut confitear tibi.
quæcūq; fuerint nomina siue propria: siue cōmu-
nia quū ipsa loquent̃ esse primæ. quū ad eas loque-
mur esse secundæ. quū de eis erit sermo: esse tertiæ
personæ. sicut deffinitio docet. cui quidem obsisti
non potest: ueruntamen hec dictio æneas quū per
se profertur: nemo equidē negabit esse tertiæ per-
sone sicut cetera omnia nomina & pnomina per
se prolata nullā habēt causam cur dicantur primæ
uel secundæ. Itaq; erunt omnes uoces per se dictæ
necessario tertiæ. Herrari. hahaha. Iustum mihi rī-
sum prisciane fecisti. Et sane ridiculum eiusmodi
dictum quod non a te sed ab aliquo grāmaticulo
usurpatum est: non utiq; ratione sed risu explodī
dignum est. Quæro enī abste si dictiones per se so-
las acceptæ ideo nō sunt primæ quia nō loquunt̃:
non secundæ: quia nō loquimur ad eas: cur tādē
erunt potissimū tertiæ si de illis sermo nō fit. Nam

dictio per se prolata ad nullam personam est refe-
renda. Idcirco enim personæ in nobis participiis &
pronominiis sunt excogitatae ut in complexu uer-
bi obseruata earum concordia solœcismus non fiat.
Tolle uerbū de medio: iam non habebimus necessa-
riam istam personarū speculationē. Quapropter
absurdissimū simul & infructuosum est dicere di-
ctionē per se prolatā esse huius personæ uel illius.
Quid hic aliud restat nisi ut omnes qui hoc meum
opusculū legere dignabuntur obtester ut cunctas
has rationes meas tum aliis ab se inuentis adiuuēt
tum etiā equo prius animo trutinentur & ad iusti-
ciæ libram examinent quā de illis iudiciū faciāt: ne
uideantur ex liuore & non ex ratione damnare. Si quis
autem his quæ a me sunt disputata ideo non acquies-
cit quia iustioribus aliis rationibus mouetur: eas
omnes in unū uolumen collectas edat si ita uidetur
sin aut putat nefas magnos a me auctores in iudi-
ciū uocari: is male meretur de seculo nostro cui tā-
tam optat infelicitatē ut alienis & iis quidem fal-
sis dictis cum magna sua iactura semper seruire de-
beat. denique huiusmodi antiquarios uiros rogatos
uelim ne me emant. Ne uideantur ex inuidentiā in
conuenticulis damnare quod ad profectum in an-
gulis legunt.

DIXI.

DEO GRATIAS.





DEO GRATIAS





BIBLIOTECA NACIONAL



1001984277

7

3